Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:

noticiam nostrorum orthodoxorum atque docto-
rum fidei qui longe lateque a preditis genti-
bus nec conversati, nec commurati cum eis
ignoranter novos errores et cerymonias eorum
et ad hujus remedia et ad perpetuam rei memo-
riam ex zelo fidei composui ista pauca de om-
nibus istis supranominatis gentibus que vi-
di que audivi a fide dignis cum quibus ecia[m] Comuratus
pluribus annis et temporibus cum quibus ei-
am tractavi per disputaciones et veritatem
quesivi et qualiter reducantur ad ovile Do-
mini crebre scire optavi ut ex hoc manifeste-
tur veritas fidei katholice videatur que
falsitas eorum et ut audientes hec fabulosa ka-
tholici confirmentur in sua veritate scan-
dalizenturque in illorum tali enormitate Item
ut nostri majores excitentur in salutem illo-
rum et pro omnibus predictis curent mittere
predicatores veritatis – – tu igitur lec-
tor prudens hic denota que tibi placent et
arma de scuto fidei et verbo Dei ad confun-
dendum qui extra sunt veritatem confor-
tendi qui intra sunt veritatem et memen-
tote mei dicti in vestris sanctis oracioni-
bus.

Hæc integre reddidi tum ob nomen autho-
ris, quod omnes latet, tum ob raritatem ope-
ris, cujus tanquam codicis ms. mentionem in-
gerit solus Quetifius T. I. p. 749 ex Fellen. Bib-
lioth. Pauli Lips: quibus vero author omnino
erat incognitus.